

Area F 2014 Sight Recitation

Level ½ A, ½ B, and 1

Rēs difficillima erat caput Gorgonis abscīdere; ēius enim cōspectū homines in saxum vertēbantur. Propter hanc causam Minerva speculum Perseō dederat. Ille igitur tergum vertit, et in speculum īnspiciēbat; hōc modō ad locum vēnit ubi Medūsa dormiēbat. Tum falce suā caput ēius ūnō īctū abscīdit. Cēterae Gorgonēs statim ē somnō excitātae sunt, et ubi rem vīdērunt, irā commōtae sunt. Arma rapuērunt, et Perseum occīdere volēbant. Ille autem dum fugit, galeam magicam induit; et ubi hoc fēcit, statim ē cōspectū eārum ēvāsit.